

Band II., Nr. 547, Seite 378-379

Bischof Siegfried von Augsburg überlässt auf Bitten des Edeln Witegow von Albeck dem von dessen Oheim Berenger und Vater Witegow gestifteten Kloster Steinheim (am Albuch) das Patronatrecht an der Kirche daselbst gegen Abtretung desselben Rechtes an der Kirche zu Siegertshofen.

Augsburg, 1209. Juli 24.

S.¹, dei gratia Augustensis ecclesie episcopus, universis Christi fidelibus, hanc paginam inspicientibus et inspecturis, in vero salutari salutem. Ea que oblivionis geruntur tempore, maxime cum omnis humana memoria sit madida et imperfecta, necesse est litterarum apicibus, tanquam vasis memorie, commendari. Vestre igitur universitati notum esse volumus, quod quidam homo nobilis, dominus videlicet Witegowus de Albegge, intendens ad proficuum et augmentum cuiusdam cenobii in Stainhaim, a patruo suo Berengero, viro utique religioso, et patre Witegowo fundati et promoti, apud nos per precum suarum, que honestatis et bone intencionis meritis nitebantur, obtinuit instanciam, quod nos de consilio et co[n]nivencia nostri capituli et ministerialium ius patronatus ecclesie, in ipsa villa memorata site, quod a nobis et ecclesia nostra tenebat in feodo, in manus nostras resignatum pia devotioe per manum Hainrici prepositi contulimus cenobio memorato; ita tamen quod propter indempnitatem ecclesie nostre precavendam predictus W. ius patronatus ecclesie in Sigeharteshouen, que in predio suo sita fuerat, super principale altare beate virginis Marie tradidit sollempniter et a nobis postmodum recepit vice feodi memorati. Ut autem hec omnia inconvulsa permaneant, presentem super hiis paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Huius rei testes sunt: Sifrit prepositus, Rapoto scolasticus, Walther custos, Albreht cellerarius, Albreht Sindelvingen, Hainrich Mandehingen², Albreht Ravenstain, omnes canonici. Sibot de Albegge. Albreht de Rauenstain. Vlrich de Husen. Eberhart magnus villicus et alii plures.

 Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCVIII., indictione XII., in vigilia beati Iacobi apostoli, apud Augustam, ubi tunc collectio fuit exercitus illustris regis Ottonis, cum tenderet Romam pro corona imperii obtinenda.

¹Siegfried von Rechberg (1208–1227).

²Schwabmünchen.

II

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An gelb-blau-weißer Seidenschnur ein Rest des länglich runden bischöflichen Wachssiegels anhängend. Von dem Siegelbild ist noch die Darstellung eines Hundes unter den Füßen des Bischofs erkennbar. Der Rest der Umschrift lautet: .. . A. AUGVS .. ENSIS. ECC

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Augsburg

Signatur/Titel des Originals:

Hochstift Augsburg Urkunde 38

Überlieferung und Textkritik:

War ehemals im HStA München.

Editionen:

MONUMENTA BOICA, HRSG. VON DER BAYERISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN, 60 BDE., MÜNCHEN 1763-1916. [MIKROFICHE-AUSG.: Erlangen 1998], Bd. 33a, Nr. 50, S. 49. Urkunden Hochstift Augsburg, Nr. 44, S. 21.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Augsburg

Ortsindex:

Albeck Wohnplatz (16843)
 Albeck, Langenau, UL
 Augsburg, A
 Hausen ob Lontal : Herbrechtingen HDH
 Hausen ob Lontal Wohnplatz (4100)
 Ravenstein Wohnplatz (596)
 Ravenstein, Böhmenkirch, GP
 Siegertshofen, Fischach, A
 Sindelfingen Wohnplatz (211)
 Sindelfingen, BB
 Steinheim am Albuch Wohnplatz (4164)
 Steinheim am Albuch, HDH